

SCRIPTA

Numéro Scripta : 777

Auteur(s) : Jean Brodoul [particulier]

Bénéficiaire(s) : Guillaume Minet, du Tréport [particulier]

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1269, 22 janvier

Action juridique : vente

Langue du texte : latin

Analyse

Vente de trois sous tounois de rente à Guillaume Minet, du Tréport, par Jean, dit Brodoul

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Laffleur de Kermaingant Pierre, *Cartulaire de l'abbaye de Saint-Michel du Tréport (ordre de Saint-Benoît)*, Paris, Didot, 1880, n° CCXX, p. 249-250.

Texte établi d'après a

Noverint universi, presentes et futuri, quod ego Johannes, dictus Brodoul, vendidi et concessi, et penitus deserui, Guillelmo Minet de Ulteriori Portu, pro triginta solidis turonensium quos inde ab ipso pre manibus recepi, tres solidos turonensium redditus, quos Vincentius Torgis michi annuatim ad Pascha Domini reddebat de quadam pechia terre ; sita est inter terram Thome Aoustin, ex una parte, et inter terram que fuit Guillelmi de Gamachis, de feodo de Langevilla, ex altera, et aboutat ad puteum de vico ad Sausuras, ex una parte et, ex altera, ad terram Radulfi le Bouc ; habendos et recipiendos de dicta pechia terre dictos tres solidos redditus dicto Guillelmo Minet et suis heredibus de dicto Vincentio seu de ejus heredibus, vel de quocunque dictam pechiam terre tenerit, libere, quiete et pacifice, ad Pascha Domini, quolibet anno in perpetuum. Hanc autem venditionem ego, predictus Johannes, et mei heredes dicto Guillelmo Minet et suis heredibus contra omnes in perpetuum, salvo jure dominico, garantizare tenemur, super omnia bona mea mobilia et immobilia, qua parte affuerint, et ego Henricus, filius et heres dicti Johannis Brodoul, istam venditionem et omnia supradicta, prout superius sunt expressa, volui et concessi, et istam garantizacionem super me recepi, obligando quoad hoc omnia bona mea mobilia et immobilia, qua parte affuerint. Quod ista supradicta permaneant in perpetuum libera et quieta, nos, predictus Johannes et Henricus pariter, huic carte sigilla nostra apposuimus. Actum anno Domini M°. CC°. LX°. octo, mense januarii, die martis ante Conversionem sancti Pauli. Testibus hiis : Gaufrido de Flochis, Marco Augustini de Floschis, Henrico Gargarre, clerico, et aliis.